Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



fuis 358

pecuniaz denariorum quinquaginta milium. Et firmiter ubi dei esset et
confirmabitur. Hiis autem expletis. proposuit paulus in spiritu transire ma-
cedoniam et achaiam ire hierusalem dicens. Quoniam postquam fuero ibi oportet
me et romam uidere. Mittens autem in macedoniam duos ex ministrantibus
sibi timoteum et erastum. ipse remansit in asia ad tempus. Factum est autem
illo tempore turbatio non minima de uia domini. Demetrius enim quidam nomine
argentarius. faciens edes argenteas diane. prestabat artificibus
non modicum lucrum. quos conuocans et eos qui eiusmodi erant opifices. dixit.
Viri scitis. quia de hoc artificio acquisitum est nobis. et uidetis et auditis.
quia non solum ephesi sed pene totius asie. paulus hic suadens
auertit multam turbam dicens. Quoniam non sunt dii qui manibus fiunt.
Non solum autem hoc periclitabitur nobis pars in redargutionem uenire. sed et
magne diane templum in nihilum reputabitur. sed destruet iam et ma-
iestas eius quam tota asia colit et orbis hiis auditis. repleti sunt
ira et exclamauerunt dicentes. Magna diana ephesiorum. Et iplenta est ciuitas confusione et impetum fecerunt uno animo in theatrum.
rapto gaio et aristarco macedonibus comitibus pauli. Paulo
autem volente introire in populum. non permiserunt eum discipuli. Quidam autem
et de asie principibus qui erant amici eius. miserunt ad eum. rogantes
ne se daret in theatrum. Alii autem aliud clamabant. Erat enim ecclesia
confusa. et plures nesciebant quam ob causam conuenissent. De turba
autem detraxerunt alexandrum propulsantibus eum iudeis. Alexander
ergo. manu silentio postulato. uolebat rationem reddere populo. Quem
ut cognouerunt iudeum esse. Vox facta est una omnium quasi per horas
duas clamantium. Magna diana ephesiorum. Et cum sedasset
scriba turbas dixit. Viri ephesii. quis enim est hominum qui nesciat
ephesiorum ciuitatem cultricem esse magne diane. Iouisque pli-
cum ergo his contradici non possit. oportet uos quietos esse
et nihil temere agere. Adducistis enim homines istos neque sacrilegos
nec blasphemantes deam uestram. Quod si demetrius et qui cum eo sunt
artifices. habet aduersus aliquem causam. conuentus fiunt prouisores agunt
et proconsules sunt. accusent inuicem. Si quid autem alter alterius rei quere-
tur legitima ecclesia potest absolui. Nam periclitamur argui seditionis ho-
dierne. cum nullus obnoxius sit de quo possimus rationem reddere concursus
istius. et cum hoc dimisisset. dimisit ecclesiam. Et cetera.

Postquam autem cessauit tumultus. uocauit paulus discipulos exhor-